

El Capítulo Provincial de 1623 de la Provincia de Aragón

POR

CARLOS ALONSO, O. S. A.

INTRODUCCION

El nacionalismo y el regionalismo, a nivel comunitario, más la ambición y la vanidad, a nivel personal, han causado no pocos estragos en las familias religiosas a lo largo de los siglos. Poco más o menos en todas. Por otra parte, es muy humano y se comprende. A la plaga del regionalismo se trató de dar una solución en siglos pasados mediante la institución de la *Alternativa* en el gobierno.

La documentación que ahora publicamos ilustra un caso concreto: la crisis de gobierno en la Provincia de Aragón y las consecuencias que se originaron de no haber respetado la alternativa en la celebración del capítulo provincial de 1623. En la Provincia de la Corona de Aragón estaban aglutinadas tres regiones de España: Aragón, Cataluña y Valencia, y para hablar con mayor detalle habría que mencionar también a las Baleares, a las que se hace también una fugaz alusión en estas páginas. Todas ellas orgullosas de su propio pasado, cargadas de historia propia, incluso a nivel corporativo, y decididas a hacer valer el propio peso a la hora de turnarse en el gobierno de la Provincia.

Al problema se le había dado una solución jurídica en 1602 y

precisamente de la disposición emanada por el entonces Vicario General de la Orden, P. Fulvio de Ascoli, arranca nuestro florilegio. En ella se había establecido que las tres regiones se alternaran en el gobierno de la Provincia por este orden: Cataluña, Aragón y Valencia, a medida que iban expirando los trienios (doc. 1).

La ambición inspiró un cambio con el andar del tiempo. El primer paso era el de hacer cambiar la sede del capítulo. Así se obtuvo del Superior, el cual concedió la gracia pedida con la mejor intención del mundo (doc. 2), pero... "inde mala".

El capítulo se celebró al fin en Valencia, según el diseño de quien aspiraba al cargo intentando soslayar la alternativa. De la celebración del capítulo tenemos dos versiones: una en forma de relación, autenticada por notario, minuciosa y detallada (doc. 3), la otra con carácter de Actas oficiales (doc. 4).

No obstante la condescendencia de los elementos aragoneses presentes en el capítulo, de la que nos informa el doc. 3 — y copiándole en cuanto al contenido, también el doc. 29— muchos en la Prov. de Aragón se sintieron ofendidos y apelaron a Roma. Lo hizo en nombre de todos el P. Pedro Mayayo, hijo de aquella Provincia residente en Italia desde hacía algunos años, mediante la presentación de un memorial que fue examinado en una comisión restringida de la Congregación de obispos y regulares del 17.2.1624, en la que se decretó la privación del oficio de Provincial del P. Sebastián García y el nombramiento del P. Tomás Antillón como Rector Provincial. La decisión fue aprobada por el Papa el 2.3.1624 (doc. 5).

Las medidas decretadas fueron dadas a conocer mediante un Breve de Urbano VIII del 14.2.1624 (doc. 6), que fue mandado a Madrid con alguno de los despachos de la Secretaría de Estado al Nuncio, que no hemos logrado localizar. A partir de este momento entre la Secretaría de Estado y el Nuncio Mons. Julio Sacchetti se establece un nutrido intercambio de despachos con órdenes y contra-órdenes, que se prolongó hasta principios del otoño. Mons. Sacchetti defiende la actuación de su predecesor en la nunciatura y se remite a las explicaciones orales que Mons. Inocencio de' Massimi daría a su llegada a Roma (doc. 7 y 8). La Secretaría acusa recibo de estos despachos a la distancia de mes y medio (doc. 9). Con otro despacho más extenso insiste en que el nuncio anterior hizo mal en proceder como procedió y a Mons. Sacchetti se le ordena tajantemente redu-

cir a la obediencia al P. García (doc. 10), para lo cual deberían servir un Ereve para el rey de España (doc. 11) y cinco cartas del Vicario General Agustino, de las cuales una era para el mismo rey español, otra para el Asistente de España e Indias, dos para el P. Sebastián García y una para el P. Tomás Antillón (doc. 12-16).

El retraso constante de mes y medio que acumulaban los despachos de Madrid a Roma, y viceversa, hizo que las órdenes de la Secretaría al Nuncio cambiasen con una frecuencia impresionante, dando al lector la penosa impresión de que en Roma se cambiaba de parecer cada vez que llegaban noticias frescas de España, mientras que el Nuncio a su vez, en obsequio a la debida sumisión a sus superiores, se veía obligado a cambiar de ruta cada vez que recibía nuevas órdenes de Roma. El 11.7.1624 se le ordenaba desautorizar a Antillón, no obstante el Breve emanado anteriormente en su favor y rehabilitar a García (doc. 17 y 18). Para este nuevo cambio de ruta se busca el apoyo del Vicario General de la Orden (doc. 19), como se había solicitado al principio para lo contrario. No sabiendo cómo actuar, el Nuncio lo hace a su manera mediante una decisión salomónica: en espera de instrucciones, suspende a ambos, Antillón y García, y nombra a Navarro como Rector Provincial (doc. 20). Pero cuando llegan —con el conocido retraso— las instrucciones de hacer valer a toda costa a Antillón, el Nuncio se dice pronto a obedecer y prepara los ánimos de los dos contrincantes para hacerles aceptar la voluntad del Papa (doc. 21). Mientras estaba en estos tratos —siempre con el retraso de mes y medio— llega la contraorden de desautorizar a Antillón y rehabilitar a García. Pero para estas fechas el Nuncio había hecho publicar el Breve y había llevado las cosas a un punto del cual no podía volver atrás. Se queda, pues, con lo hecho y justifica su actuación diciendo haber conseguido una triple baza: al Breve se había salvaguardado el honor, a Antillón el provincialato y a García algunos honores y garantías (doc. 22 y 23).

Pero la contraorden de rehabilitación de García partida de Roma mediante algún soplo, había llegado a noticia del interesado, el cual, movido por la esperanza de verse todavía devuelto al provincialato, causaba alguna resistencia. El Nuncio tiene que moderar sus esperanzas (doc. 24). La noticia del compromiso conseguido llega a Roma cuando la Secretaría, impresionada sobre la dificultad de poner en paz las partes —sobre la base de antiguas informaciones del nuncio—, estaba también a punto de tomar alguna decisión drás-

tica, entre ellas la de dividir en tres la Provincia. Por fortuna, la noticia de la paz conseguida saca a Roma del embarazo y se aprueba la actuación del Nuncio (doc. 25). "El negocio... se da aquí por terminado", se repetirá en Roma a finales de septiembre (doc. 26).

El Nuncio informa a las autoridades civiles de la decisión tomada y ellas se suman a la aprobación pontificia. Del bienestar del gobierno a la solución dada por el Nuncio se encarga al embajador español en Roma que informe al Papa (doc. 28), si bien la Relación que se le manda adjunta está toda basada en piezas favorables a García (doc. 29). Conseguida la paz y ratificada por las autoridades, un tercero incómodo entra en juego: era el P. Nicolás López, que al verse obligado a dejar el priorato de Valencia en obsequio a la razón de estado que animaba el compromiso, da origen a una viva protesta. De su protesta se hace eco el Nuncio (doc. 27), pero de nada le serviría, ya que la Santa Sede prometía no dar oídos a sus reclamaciones (doc. 30).

Si alguna conclusión fuera preciso sacar de la documentación recogida en este florilegio, nosotros la reduciríamos a esto: la ambición inspira a veces planes diabólicos para eludir los postulados de la equidad y de la justicia. A veces en el camino no se presentan obstáculos y la prepotencia triunfa. Otras veces las cosas se tuercen y la Providencia obtiene sus fines de restituir las cosas al punto de partida, aunque sea a costa de peripecias. En este caso fueron las órdenes y contra-órdenes de Roma, que terminaron por hacer que las cosas volvieran al estado como hubieran debido ser si se hubiera observado la norma de la alternativa.

El caso del P. Sebastián García recuerda lo sucedido tres lustros antes en la Provincia de Castilla. Talmente lo recuerda, que de este caso se hace mención expresa (doc. 15). Sólo que en el caso de Antolínez —probablemente no tanto ambicioso cuanto víctima de la admiración o de la ambición de otros— las cosas terminaron pacíficamente y el docto y santo religioso se apuntó un tanto que le fue pagado con el pasar de los años, mientras que en el caso del P. García obedeció a regañadientes. Tal es así que, en los años sucesivos —esto no queda documentado en estas piezas— la autoridad de Roma siguió impidiendo toda tentativa de revancha, obligándole a quedar en la sombra.

Por lo que se refiere a los documentos mismos, nos permitimos un par de explicaciones: en cuanto a su proveniencia, han sido to-

mados en parte del Archivo Vaticano (Arch. Vat.), concretamente de los fondos "Nunz. Spagna", "Secr. Brev." y "Epistolae ad Principes". Otra parte procede del Archivo General Agustiniiano (AGA), especialmente del fondo Dd, que corresponde a los Registros de los Priors y Vicarios Generales y del fondo "P. Saturnino López". Este último es una serie de carpetas de documentos procedentes de varios archivos, recogidos y transcritos a máquina por el religioso († 1943) que le da su nombre. De este fondo proceden los dos documentos del Archivo de la Embajada Española en Roma, en tiempo del P. Saturnino en Roma y hoy en el Ministerio de Asuntos Exteriores de Madrid.

En cuanto al criterio de transcripción, se ha adoptado una puntuación moderna, conservando por lo demás las características idiomáticas propias del tiempo en que se escribieron estos documentos. La mayor parte de las abreviaturas se han disuelto, escribiendo los relativos nombres por extenso.

Con esta documentación creemos dejar suficientemente iluminada la verdadera historia del Capítulo Provincial de la Provincia de la Corona de Aragón de 1623 y de sus inmediatas consecuencias. Una documentación que se podrá integrar, para los detalles, con otros documentos, pero que en la sustancia no admite vuelta de hoja. En este plan y siguiendo el ejemplo de lo que se ha hecho en la mayor parte de los volúmenes de *Archivo Agustiniiano* después de su fundación, será preciso ir ilustrando muchos otros episodios de los siglos pasados, personas, conventos y Provincias, antes de que podamos intentar algún día reducir a síntesis la verdadera historia de la Familia Agustiniiana por las tierras de España.

C. ALONSO, O.S.A.

1

"Decreta super alternativa".

Venerabilibus et nobis in Christo dilectis Patribus ac Fratribus Provinciae nostrae Aragoniae et Cataloniae Ordinis Eremitarum S. Augustini.- Aperiantur et legantur coram omnibus pro capitulo celebrando in unum congregatis.

Frater Fulvius Asculanus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Vicarius Generalis Apostolicus¹, licet indignus. Venerabiles et nobis in Christo dilecti, salutem. Quoniam iam vos convenisse suspiciamus ad Provincialia comitia peragenda, in quibus praeter alia de novo moderatore providendum est, idcirco officio nostro iure ipso congruere censemus, ut aliqua vobis monita et consilia praebeamus, quo in iis vestris comitiis omnia rite, quiete et pacifice pertractentur. Cum autem propter tantam locorum distantiam et propter capitulum generale quod imminet proxime habendum², nos ipsi vobiscum esse non possimus, quo iuxta votum nostrum ac professionem vestram ea agantur necessarium fore duximus, alicui ex vobis vices nostras committere; eapropter, harum vi et nostra auctoritate illum Praesidentem declaramus, ad quem iuxta veterem consuetudinem et Constitutionum Ordinis formam id munus obire expectat, et vices nostras ei committimus, ut, durante capitulo, omnibus praesit et curet, ut omnia decenter et secundum Ordinem fiant, atque toto eo tempore praebeant ei obedientiam et reverentiam quam nobis ipsis exhiberent, si praesentes essemus. Monemus autem eum et reliquos omnes qui vocem habeant in capitulo, ut studeant ac nitant eum eligere in Provincialem, de quo in primis nulla umquam fuerit haeresis suspicio, quique apud omnes bene audiat et de nullo (h)acenus vitio fuerit infamatus. Quod si umquam in Provincia talem oportuit eligere, his praecipue temporibus necesse est, ubi tanta est opinionum varietas et seditio et perturbationum copia. Hoc est

1. Nombrado Vicario General por Clemente VIII mediante un Breve del 12 de febrero de 1600, el 1.º de marzo del mismo año enviaba una carta circular a la Orden para comunicar la muerte del P. General Alejandro de Siena, ocurrida el 9 de enero de ese mismo año. El 1.º de marzo de 1601 convocaba el Capítulo General que debía celebrarse por Pentecostés de 1602 en Recanati (Ancona). Véase los tres documentos en *Analecta Augustiniana* 10 (1922-1923) 281-285.

2. Se celebró, en efecto, a partir del 28 de mayo de 1602. Véanse las actas *ibid.*, pp. 285-296. Además, P. BELLINI, *il Capitolo Generale celebrato a Recanati nel 1602*, en *An. Au.* 38 (1975) 303-337.

enim illud tempus in quo manifestos fieri oportet electos et qui vere filii Dei sunt, et discerni ab his qui sunt filii Sathanæ et mortis. Porro, si talem qualem cupimus ac vos ipsi debetis, elegeritis, nostri officii auctoritate confirmabimus et stabiliemus. Ut autem inter vos odia, rixæ et altercationes, quæ comitiorum tempore oriri solent, penitus tollantur, iustitiæ et æquitatis habita ratione statuimus, decernimus et stricte sub obedientiæ præcepto atque in subsidium sub excommunicationis poena, quam trina canonica monitione præmissa (licet inviti) in his scriptis ferimus, mandamus, ut in hac vostra synodo Patrem aliquem, non litteris solum ac morum integritate, verum etiam rara prudentia miroque rerum usu insignem in Provincialelem eligatis, qui sit ex principatu Cathalonie, in quo comitia ista vestra sunt celebranda. Enim, triennio expleto, alternatim proseguendo, Patrem magis idoneum ex regno Aragoniæ in capitulo celebrando in Provincialelem eligere curetis; cuius etiam officii tempore peracto, in sequenti synodo habenda rursus ex regno Valentie Provincialis eligatur, ut ita alternatim perseverando, unicuique nationi Cathalonie scilicet, Aragoniæ et Valentie debitus exhibeatur honor. Sic enim a nobis et ab admodum Rev. P. Ordinis Procuratore Generali et Assistentibus nostris in congregatione habita in solito cubiculo nostri loco, sub die 24 mensis et anni currentis, pro bono pacis, matura super hac re habita consideratione, decretum et dispositum fuit³ et ita fieri et executioni mandari volumus. Quod si secus facere attentaveritis, præter poenas præfatas, irritam et nullam declarabimus talem a vobis factam electionem. Monemus autem Ven. Praesidentem, ut una cum reliquis Deffinitoribus sollicite caveat et provideat ne in monasteriis instituantur priores qui non sint providi, discreti et vere observantiæ regularis cupidi et zelatores, quique propriis non ducantur affectibus et cupiditatibus et quæ sua sunt magis quam ea quæ Christi et Religionis sunt quaerant. Denunciantes vobis quod si secus factum fuerit, nequaquam eorum electionem et institutionem sumus probaturi. Bene in Domino valete et in vestris apud Dominum precibus nostri memores estote.

3. En la serie de los registros de las Congregaciones del P. General con el Procurador General y los Asistentes Generales hay una laguna entre los años 1599 y 1604 (AGA, Ff. 4 y 5), por lo cual no se puede confirmar este dato (cfr. B. VAN LUIJK, OSA., "Sources italiennes pour l'histoire générale de l'Ordre des Augustines", en *Augustiniana* 8 [1958] 505) (=separata, p. 19).

Datum Romae, die 27 Februarii 1602.- Fr. Fulvius Asculanus, Vicarius Generalis Apostolicus licet indignus. Officii affixo sigillo nostro. Registrata Libro 1.^o 4.

Jhesus. Praeinsertum transcriptum per me Fratrem Bonaventuram Fuster⁵, Ordinis S. Augustini, auctoritate apostolica notarius, fuit veridice abstractum ex libro Provinciae regnorum Coronae Aragonum praedicti Ordinis, et in fide praemissorum hic meum, quod utor, appono signum + .- Sine forma.

ARCH. VAT., *Nunz. Spagna*, vol. 64, fol. 241 r-v.

2

Decreto del P. General concediendo el cambio de ciudad para la celebración del capitulo

Infrascriptum memoriale supplicantes miserunt RR. PP. Provincialis, Definitores et Visitatores Provinciae nostrae Aragoniae, videlicet:

Intus:

Reverendissime Pater.

Provincialis, Definitores et Visitatores Provinciae Aragoniae humillimi Paternitatis Vestrae Reverendissimae filii singulis eorum particularibus, qui lit(t)eris humiliter exponent qualiter in dicta Provincia diuturnis a temporibus alternativo quodam ordine in eius Provinciale eligendo uti consueverunt, nempe, ut uno triennio eligatur Provincialis Aragoniae naturalis, proxime vero sequenti Valentiae, et deinceps Regni Cathaloniae, quem ab eis in nostra usque

4. En efecto, en el registro del P. Vicario General encontramos esta nota reasuntiva: "Die ultima: Litterae publicae mittuntur pro capitulo provinciali celebrando in Prov. Aragoniae et Cataloniae, in quibus statutur, de consilio admodum RR.PP. Procuratoris Generalis et Assistentium, ut deinceps Provinciales alternative eligantur, ita ut, quaelibet nationum: Aragonensis, Catalanensis et Aragoniae suum recipiant honorem et potestatem. Et hoc sub excommunicationis poena etc." (AGA, Dd 52, fol. 126r).

5) Sobre este religioso (+ 22.10.1658 en Valencia), que trabajó mucho en Roma por la canonización de S. Tomás de Villanueva, véase G. DE SANTIAGO VELA, *Ensayo de una Biblioteca Ibero-Americana de la Orden de S. Agustín* vol. II, Madrid 1915, pp. 688-689. En adelante esta obra la citaremos abreviadamente: VELA, *Ensayo*.

tempora servatum ac inviolatum esse cunctis patet. Animadvertentes tamen (Reverendissime Pater), experientia comprobari quod plurima incommoda vel absurda a solita nostri temporis celebrationis Provincialis Capituli forma oriri ex eo quod cum celebretur capitulum in regno cuius Provincialis eligendus naturalis esse debeat, multorum principum saeculariumque magnatum favore et subornatione uti assuetum est, quibus religiosorum animi manifeste perturbantur ne libere ad maiorem Dei gloriam totiusque Provinciae fructum (ut decet) Provinciale eligere iidem religiosi impediuntur. Quare precibus quam diligentissimis possunt Vestram Paternitatem Reverendissimam praedicti oratores exorant, quatenus a primo proximo capitulo et deinceps ad perpetua futura tempora nova salubrique (ut in Domino speratur) forma Provinciale capitulum eligendum poenis et censuris mandare dignetur, videlicet: triennio quo Provincialis naturalis Aragoniae, ad quem spectat electio in dicto primo capitulo, eligendus erit, tunc in Sancto Augustino Valentiae Capitulum fiat. Quando autem Valentiae regni naturalis, in Sancto Augustino Barchinonis, et quando Cathaluniae regni naturalis, in conventu Sancti Augustini Caesaraugustae celebretur. Hoc enim modo alternativa eadem conservabitur et religiosi piae singulorum conscientiae dictanti, extra provincias existentes, securius satisfacient praedictumque capitulum nullo strepitu sed religiosa libertate, ut foelicis recordationis Pauli V Brevi constat et Concilium Tridentinum praecipit, celebrandum speratur. Hanc gratiam Deo Domino gratissimam fore et praedicti oratores ut singularissimam a Vestra Paternitate Reverendissima expectant. Quam Deus etc.

A tergo vero:

Revmo. Patri totius Ordinis S. Augustini Generali. Pro Provinciali, Definitoribus et Visitoribus Provinciae Aragoniae dicti Ordinis.

Confirmavimus ut infra, videlicet:

Magister Frater Fulgentius etc.

Suprascriptam petitionem et supplicationem cum omnibus et singulis in ea contentis tamque aequitati consonam, bono regimini expedientem, et communi paci totius Provinciae consulentem, de consensu RR. PP. qui nobis assistunt, nostri muneris potestate concedimus, approbamus et confirmamus, et ita ab omnibus et singulis

nobis inferioribus observari volumus et mandamus sub utriusque vocis privationis per sexennium, rebellionis nostrae, et in subsidium excommunicationis maioris latae sententiae q.t.c. m.p. in his s.l. in fer. ipso facto incurrendis quomodocumque vel qualitercumque contrahentibus, et dictae supplicationis et in ea contentorum executionem quomodolibet impredientibus vel retardantibus.

Datum Romae die 29 Octobris 1622.

Nostri officii affixo sigillo.

Fr. Fulgentius⁶, Generalis indignus.

ARCH. GEN. OSA, serie *Dd* 63, fol. 109v-110v.

3

"Acta in celebratione Provincialis Capituli in regno Valentiae".

In Dei nomine. Amen. Noverint universi quod anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, die sabbati intitulata sexta mensis Maii, in refectorio, loco capituli electo, conventus et monasterii Sancti Augustini praesentis civitatis Valentiae, praesidente in eo Rev. admodum P. Fr. Petro de Çamudio⁷, Sacrae Theologiae Magistro omnium Provinciarum eiusdem Ordinis et religionis⁸,

6. Era el P. Fulgencio Gallucci, de Montegiorgio (Ascoli Piceno), elegido en el Capítulo General de 1620, el cual gobernó la Orden, incluso después de haber sido nombrado Sacrista y Obispo tit. de Tagaste por Gregorio XV, hasta que Urbano VIII el 4.3.1624 le sustituyó nombrando Vicario General al P. Jerónimo de Ghattis (cfr. *An Aug.* 10 [1623-24] 316-325, 421-426). Acerca de él véase J. LANTERI, OSA., *Eremitae sacrae augustinianae* pars prima, Roma 1874, pp. 43-44; D. PERINI, OSA., *Bibliographia Augustiniana*, Firenze (1931), pp. 92-93.

7. Falta una semblanza biográfica discreta de este religioso. Ayudarán a componerla los documentos y la nota bibliográfica señalados por I. RODRÍGUEZ, OSA., *Historia de la Provincia Agustiniense del Smo. Nombre de Jesús de Filipinas*, vol. II: Bibliografía. Manila 1960, pp. 109-124, 159, 168, 188-192, 198-199, 204-205, 255; vol. VII: Monumenta Prov. Philippinarum. Registros de los Generales de la Orden. Manila 1969, pp. 87-94, 98, 115.

8. Sobre el magisterio del P. Zamudio señalamos tres Breves: uno de Paolo V del 7.9.1620 por el que le concedía el magisterio supranumerario en la Orden (ARCH. VAT., *Secr. Brev.*, vol. 588, fol. 369), otro del mismo papa, del 26.10.1620 por el que se le concedía lo mismo en todas las Provincias (*ibid.*, vol. 589, fol. 206) y un tercero de Gregorio XV, del 10.3.1622 por el que confirmaba la concesión antecedente (*ibid.*, vol. 657, fol.

circa electionem Provincialis Provinciae regni Aragoniae dicta, proposita, allegata et celebrata [sunt] quae sequuntur.

Et 1º, dicto die sabbati, de mane, dicta et celebrata Spiritus Sancti Missa, de ordine et mandato dicti Rev. admodum P. Fratris Petri de Çamudio, auctoritate apostolica praesidentis, fuerunt convocati et congregati, sono campanae ac more solito, in dicto refectorio, omnes Patres vocales, ubi pro similibus electionibus peragendis soliti sunt convocari et congregari, quibus sic convocatis et congregatis dictus admodum Rev. Praesidens dixit et exposuit, alta et intelligibili voce, quod nocte transacta ac etiam die praesenti ante dictam et praesentem convocationem, inter religiosos existentes in dicto capitulo fuit dictum et quaedam vox transivit quod non oportebat nec erat conveniens ad praesens, ad faciendam dicti Provincialis electionem servare alternativam, sed quod Provincia sua libertate uteretur, et quod ad suam omnimodam voluntatem personam magis convenientem et aptam ad maiorem observantiam dictae Provinciae et bonum regimen illius in Provincialem eligeret. Propter quod dictus admodum Rev. P. Praesidens admonebat et instantanter admonuit ipsum non permissurum esse talem electionem modo praedicto fieri, quia erat contra antiquam consuetudinem dictae Provinciae et contra mentem et intentionem Illustrissimi et Reverendissimi Domini Nuntii⁹, et dicti Rev. admodum Praesidentis, et quod certi essent electionem ad praesens esse faciendam de religiosis regni Aragonum et non alterius regni nec principatus, et quod tempus frustra non consumerent contra dictam alternativam tergiversando, quia omne id et quidquid fieret contra ipsam, nunc prout ex trunc decernebat et declarabat esse nullum nulliusque roboris et momenti. Quo sic existente, dictus admodum Rev. Praesidens iussit quod suffragia fierent secreta, iuxta sacros canones et Pontificum definitiones, de uno in unum et divisim, et nullatenus permisit duos simul suffragium ferre nec ad tabulam sive mensam ubi nomina describuntur accedere, et quod illic confabulari inter se minime au-

554). Pocos días antes de este último Breve, el 24.1.1622 el mismo Gregorio XV le había concedido mediante otro Breve la conventualidad en S. Felipe de Madrid (*Ibid.*, vol. 655, fol. 120).

9. Era nuncio por estas fechas Mons. Inocencio de Massimi, obispo de Bertinoro (1613-1624), que estuvo al frente de la nunciatura madrileña desde el 23.6.1622 hasta el 27.1.1624 (cfr. H. BIAUDET, *Les Nunciatures Apostoliques permanentes jusqu'en 1648*, Helsinki 1910, pp. 207-273. Sobre su nombramiento y su llamamiento a Roma véase L. VON PASTOR, *Storia dei Papi*, vol. XIII, Roma 1931, pp. 78, 371).

derent, ad hoc ut unusquisque libere et iuxta dictamen conscientiae animum suum propalaret, et ita per vota secreta voterunt.

Deinceps, in continenti et non divertendo se ad alios actus per dictum admodum Rev. Praesidentem et tres iudices, vulgo dictos *escudriñadores de votos*, fuerunt vota calculata, et ipsi non solum invenerunt ad electionem Provincialis non modo concurrisse P. Fr. Sebastianum Garciam¹⁰, Sacrae Theologiae Mabistrum, ex regno Valentiae, et P. Fr. Thomam Antillón¹¹, etiam Sacrae Theologiae Magistrum, ex regno Aragonum, sed etiam electionem esse pro parte dicti P. Fratris Sebastiani García, ex eo quod ex nonginta et noven votis fuerunt pro parte dicti P. Fratris Thomae de Antillón solum quatuordecim, et pro parte dicti P. Fratris Sebastiani omnia octoginta quinque.

Postea vero viso per dictum admodum Rev. P. Praesidentem quod electio Provincialis erat facta de persona dicti P. Fratris Sebastiani García, regni Valentiae, dixit alta et intelligibili voce omnibus vocabulis sic congregatis in capitulo quod electio erat facta contra mentem dicti Illustrissimi et Reverendissimi Domini Nuntii dictique admodum Rev. P. Praesidentis et ignoranter contra dictam alternativam, et per consequens declarabat et decernebat, sicut declaravit et decrevit, dictam electionem esse nullam nulliusque roboris et momenti.

Postremo, intellecta dicta declaratione et propositione facta per dictum admodum Rev. Praesidentem, in continenti P. Fr. Petrus de Alcomeche¹², Prior primarii conventus et monasterii eiusdem Provin-

10. Acerca de este religioso, protagonista de la documentación que publicamos e ilustre profesor y hombre de enorme influjo en la Prov. de Aragón, véase VELA, *Ensayo*, III, Madrid 1917, pp. 81-84, 484. Datos sueltos útiles para completar su curriculum vitae se encuentran a través de los Registros de los PP. Generales en los lugares siguientes: AGA, Dd 46, fol. 84; Dd 51, fol. 74v; Dd 54, fol. 86v; Dd 55, fol. 290, 302; Dd 56, fol. 106v; Dd 59, fol. 154v; Dd 60, fol. 58; Dd 63, fol. 158v; Dd 66, fol. 67 y *passim*. Agradezco esta indicación al P. David Gutiérrez, OSA.

11. Sobre el P. Tomás Antillón véase VELA, *Ensayo*, vol. I, Madrid 1913, pp. 140-141; vol. VIII, El Escorial 1936, pp. 453-454. Este religioso asistió al Capítulo General de 1608 como Definidor de su Provincia (cfr. *An. Aug.* 10 [1922-1923] p. 300). Paulo V, mediante un Breve del 15.7.1608, le había concedido el Magisterio supranumerario en su Provincia (ARCH. VAT., *Secr. Brev.*, vol. 433, fol. 333).

12. Había sido elegido prior del convento de Zaragoza el 2.5.1620, según VELA, *Ensayo*, vol. I, pp. 87-88, donde puede verse una breve reseña biográfica de este religioso.

ciae in regno Aragonum et civitate Caesaraugustae, petita prioris licentia, voce alta et intelligibili dixit et exposuit quod renuntiabat, prout serio cum praesenti renuntiavit, iuri et actioni ei, uti primario priori praedicti regni Aragonum, competenti et expectanti circa dictam electionem in personam dicti regni, in praesentiarum, iuxta dictam alternativam faciendam, et quod ipsum quod ipse facit faciunt et dicunt multi ex prioribus et discretis eiusdem regni, prout in continenti duo aut tres ex prioribus et discretis praedictis dixerunt quod eis et dictae Provinciae conveniebat quod pro hac vice non esset ex dicto regno Aragonum, nunc habente alternativam, cum in personam dicti P. Fr. Sebastiani García concurrerent qualitates utilissimas ad conservationem dictae Religionis et totius Provinciae, et quod certo habebant ratione dictae electionis multa commoda, utilitates et proventum omni dictae Religioni et Provinciae, de quo omnes claram et explicatam notitiam habebant, propter quod omnes renuntiabant, prout iure cum praesenti renuntiarunt, iuri, actioni et causae eis et dictae Provinciae incumbentibus occasione dictae alternativae. Quo audito, idem dictus P. Fr. Thomas de Antillón, magna vehementia et fervore dixit quod ei, plus quam alio, incumberebat defendere quod dicta consuetudo et alternativa servaretur, cum sit Magister et Definitor unicus, non solum regni Aragonum, sed etiam maior et primus in tota hac Provincia. Tamen, hoc non obstante, ei videtur quod, tam propter concurretem dicti regni parvitatem, variasque alias causas legitimas proculdubio maiores, odia et dissentiones, erat utilissimum quod dictus admodum Rev. P. Praesidens concederet et concedat libenter omni Provinciae ad eligendum et nominandum in Provinciale eisdem personam ei bene visam, cum animorum et pacis perturbationem Provinciaeque huiusmodi et spirituaalia detrimenta oritura esse formidabat, et hinc proculdubio nulla meliori ratione obviari posse existimabat, quam in hac vice Provincialis ex tota Provincia libere, (dicta constitutione non attendita) eligeretur, quia de dicta electione sic facienda intelligebat et certissimum erat magnam pacem et tranquillitatem inter omnes religiosos eiusdem Provinciae nascituram esse. Propter quod renuntiabat pro hac vice tantum iuri et actioni dictae Provinciae incumbentis ratione dictae constitutionis et alternativae; cui quidem propositioni in continenti dictus P. Fr. Petrus de Alcomeche et multi alii graviores Patres dixerunt et proposuerunt ipsos non solum per veridicam relationem, sed per epistolas intelligere et scire Illmum. et Revmum. Dominum Nuntium ad petitionem et supplicationem Rev. P. Fr. Ber-

nardi Navarro¹³, Provincialis absoluti, et aliorum Patrum dictae Provinciae, desiderando pacem et tranquillitatem inter omnes religiosos dictae Provinciae, per suum Breve concessisse libertatem ad dictam electionem faciendam, quam libertatem et ad libere, modo dicto, votandum sibi concedi debere instanter et instantissime omnes clamabant et sic requirebant dictum admodum Rev. Praesidentem quod iuberet dicto Rev. P. Provinciali absoluto quod dictum Breve ostenderet, cum ex ipso pax et tranquillitas quam optata oratura erat.

Quo perpenso, viso et intellecto, in continenti dictus Rev. admodum Praesidens ad alios actus non se divertendo, virtute sanctae obedientiae iussit Rev. P. Fr. Bernardo Navarro, Provinciali absoluto, quod si aliquod Breve aut dispensam circa praedicta haberet, eorum omnibus patefaceret, et ideo ipse Rev. P. Provincialis absolutus, quendam religiosum ex ipsis congregatis ad suam cellam misit, et ex ipsa tulit quoddam particulare Breve per Illmum. et Revmum. Dominum Innocentium Massimum, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopum Bertinoremsem, S. D. Nostri D. Gregorii, divina Providentia Papae XV, eiusdemque Sedis in Hispaniarum regnis cum potestate Legati de latere Nuntium, iuriumque Camerae Apostolicae Collectorem generalem, in sua publica pergamenacea forma, cum sigillo pendente speditum, non vitiatum nec cancellatum neque in aliqua ipsius parte suspectum, sed omni prorsus vitio et susceptione carens, quod sequitur sub his verbis: "Innocentius Maximus, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Bertinorensis, S.D.N. D. Gregorii divina Providentia Papa XV, eiusdemque Sedis in Hispaniarum regnis cum potestate Legati de latere Nuntius, iuriumque Camerae Apostolicae Collector generalis, dilecto nobis in Christo Praesidenti capituli provincialis proxime futuri Provinciae Eremitarum Sancti Augustini salutem in Domino. Legationis Apostolicae, nobis, licet immeritis, commissae debitum esse reputamus ut mentis nostrae aciem in id potissimum intendamus per quod Regulares personae salubriter regi et gubernari debeant, et dum circa eas disidia et controversiae verisimiliter oriri possunt authoritatis nostrae ministerio illa componere studeamus, prout rerum et temporum, qualitibus debite pensatis, iudicamus in Domino expedire. Sane, pro parte dilecti nobis in Christo Provincialis Provinciae et Ordinis praedicto-

13. Acerca de este religioso, muerto el 26.7.1639, véase VELA, *Ensayo*, vol. VI, Madrid 1922, pp. 9-11.

rum allarumque personarum fide dignarum oblatae nobis petitionis series continebat quod, iuxta quandam a dicti Ordinis Generali approbatam praedictae Provinciae constitutionem, uno ex Aragoniae et alio ex Valentiae regnis, alioque alio triennio ex principatu Cathaloniae, et sic successive degradatim, a viginti annis et ultra Provinciae et Ordinis praedictorum Provincialis eligi consueverat, et iuxta eandem constitutionem in proxime futuro capitulo provinciali unus ex regno Aragoniae in Provincialelem eligi debebat, ac in futura electione huiusmodi propter concurrentium paucitatem variasque alias causas legitimas proculdubio rancores, odia et disensiones cum animarum et pacis perturbatione Provinciae huiusmodi spirituali detrimento oritura esse formidabatur, et huic periculo nulla meliori ratione obviare posse existimabatur quam si hac vice Provincialis ex tota Provincia libere (dicta constitutione non attenta) eligeretur. Nos, certam de praemissis notitiam non habentes, pacemque et quietem in dicta Provincia observari sinceris desiderantes affectibus, discretioni tuae per praesentes committimus et mandamus quatenus, si electionem futuri Provincialis ex regno Aragonum cum Provinciae quiete et qua decet religione fieri non posse iudicaveris (super quo conscientiam tuam oneramus) ad electionem Provincialis ex qualibet regione et principatu praedictorum sub poena excommunicationis maioris latae sententiae et vocis activae et passivae necnon officiorum suorum ad sexennium privationis ipso facto incurrendae, hac vice dumtaxat, providere cures, dummodo tamen in immediato subsequenti capitulo provinciali ex regno Aragonum Provincialis eligi et dicta constitutio in suo robore permanere debeat, decernentes electionem vigore praesentium faciendam validam et efficacem fore omnes et singulos ad quos spectat et spectare poterit in futurum firmiter et inviolabiliter sub eisdem sententiis, censuris et poenis ipso facto similiter incurrendis observari et adimpleri debere, irritum quoque et innane si secus super his a quocumque, quavis autoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus praedicta et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon Ordinis et Provinciae huiusmodi statutis, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, consuetudinibus quoque ac privilegiis et indultis apostolicis, quibus eorundem illorum tenores pro expressis habentes, harum serie specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datis Madriti, Toletanae dioecesis, anno Domini 1623, undecimo Cal. Maii, Pontifi-

catus paedicti S.D.N. Papae anno tertio. Innocentius Nuntius.- Nicolaus Balbus Assesor.- + Loco sigilli.

Quo quidem Brevi sic alta et intelligibili voce lecto et intellecto, dictus Rev. admodum Praesidens dixit et exposuit fratribus religionis peculiaris regni Aragonum et ad se venire ipsos fecit, et eos admonuit si contra contenta, dicta et expressa in dicto et praeinserto Brevi et contra ipsum quidquam dicere et allegare volebant, seu contra ipsum aliquas protestationes facere intendebant, et ipsi magno clamore clamarunt dicentes decretum et praeinsertum Breve esse iustum rationique consonum et valde conveniens omni Provinciae, ipsumque laudabant et approbant, ratificabant et confirmabant, et si aliquod ius et actio eis aliquo modo causa, colore vel ingenio competebant, eis cedebant et renuntiabant ac vocibus germinatis dictum admodum Rev. Praesidentem requirebant quatenus ad executionem dicti et praeinserti Brevis et dispensae provideret. Quare dictus Rev. admodum Praesidens, visa, perspecta et considerata acclamatione praedicta, ex qua intelligebat electionem Provincialis ex regno Aragoniae quiete et qua decet religione fieri non posse, ideo ad electionem Provincialis ex quolibet regnorum et principatuum praedictorum hac vice dumtaxat procedere iussit et curavit ac dixit omnibus sic in dicto capitulo existentibus si praedictam electionem Provincialis per secreta vota, uti dictum est, in personam dicti P. Fr. Sebastiani García eis videbatur esse validam et pro tali esse decernendam et declarandam. Quo audito, omnes unanimes et concordantes, nemine discrepante, clamaverunt non alium nisi dictum P. Fr. Sebastianum García in Provinciale et Patrem dictae Provinciae volebant, et quod dictam electionem factam pro valida, rata et firma reputabant.

Postremo, dictus admodum Rev. Praesidens, ad evitandum omne dubium, non obstantibus omnibus supradictis, dixit et exposuit ac declaravit quod iterum per vota secreta dicta electio fieret, et ita fuit facta et omnia vota fuerunt inventa in favorem dicti P. Fr. Sebastiani García, uno tantum excepto, ex quo valde intellegebatur non solum omnes praedictos votantes, sed etiam dictum P. Fr. Thomam Antillón, qui concurrerat ex suo regno ad competendum dictum Provincialatum ad dicti P. Fr. Sebastiani García favorem, simul cum ceteris nonaginta septem votasse.

Finaliter autem dictus Rev. admodum Praesidens, per ipsum et per tres graviores Patres scrutatores, visis, calculatis et indicatis omnibus supradictis, decrevit et declaravit dictam electionem Provin-

cialis, in personam dicti P. Fr. Sebastiani Garcia factam, esse legitimam et efficacem. Ac etiam mihi Fr. Onofrio Llorens¹⁴, autoritate apostolica notario, iussit et mandavit quatenus de praedictis fidelem et veridicam relationem et certificationem facerem et ipsam describerem et continuarem in Libro Provinciae ad habendam memoriam in futurum; quod facio, loco, die, mense et anno quibus supra.-

Sig+num mei Patris Fratris Onophrii Lorens, Ordinis et Religionis Sancti Patris Augustini, auctoritate apostolica notarii publici, qui praeinsertis interfui, eaque recepi ac per alium scribere feci, clausi et subsignavi loco, die, mense et anno quibus supra, rogatus et requisitus.

Nos notarii publici infrascripti, qui inferius de propriis nostris manibus et signis nos subscripsimus et subsignavimus, fidem induciam facimus et attestamur quod ipse P. Fr. Onophrius Llorens, de cuius manu et signo praecedens instrumentum est subscriptum et subsignatum, est notarius publica auctoritate, qua se intitulat, scriptus, cuius tam in iudicio quam extra, plena et indubiata fides attribuitur.- Sig + num mei Thomae Vincentii Roger Dorda, auctoritatibus apostolica et regia notarii publici attestantis praedicti.- Sig + num mei Francisci Vincentii Serra, auctoritate apostolica notarius publicus attestantis praedicti.

ARCH. VAT., *Nunz. Spagna*, vol. 64, fol. 237r-239v.

4

Actas del capítulo provincial de 1623, celebrado en Valencia

In nomine Domini nostri Iesu Christi benedicti. Amen.- Anno a nativitate Domini 1623, die 7 mensis Maii, celebratum fuit capitu-

14. Noticias sobre este religioso en J. JORDÁN, OSA., *Historia de la Provincia de la Corona de Aragón*, vol. I, Valencia 1704, p. 504, vol. II, Valencia 1712, p. 39. El P. Llorens era notario porque había sido elegido secretario de la Provincia en el capítulo provincial de 1620. Las actas de este capítulo pueden consultarse en copia dactiloscrita en AGA, fondo P. Saturnino López", carpeta 29, fol. 75-85. Advertimos, de paso, que el nombre de éste y de la mayor parte de los religiosos que se mencionan en esta documentación se mencionan también en las actas de los capítulos provinciales de 1611, 1614, 1617 y de la congregación intermedia de 1615, publicadas en *Archivo Agustini* 24 (1925) 85-96, 182-192, cuya lectura ayuda mucho a la comprensión del contenido de los documentos que ahora publicamos.

lum provinciale huius Provinciae regnorum coronae Aragoniae Ordinis Sancti Patris nostri Augustini in conventu augustiniano civitatis Valentiae, in quo auctoritate apostolica praefuit admodum Rev. Pater Magister Fr. Petrus de Çamudio, fuitque in eo electus in Provincialem admodum Rev. Pater Magister Fr. Sebastianus Garsia; in Difinitores vero Rev. Patres Magister Fr. Ambrosius Martí, Magister Fr. Augustinus Osorio¹⁵, Fr. Michael Subirats et Fr. Petrus de Alcomeche. Qui omnes cum Patribus Magistro Fr. Michael Llor et Fr. Onofrio Llorens, visitatoribus praeteriti triennii, et Patre Magistro Fr. Bernardo Navarro, Provinciali absoluto, pro felici huius Provinciae statu ea quae sequuntur statuerunt.

Primeramente. Ordena y manda nuestro P. Presidente con todo el diffnitorio, para obviar la temeridad y arrogamiento de los frailes en recibir más limosnas de Missas que pueden, olvidados de sus obligaciones, que si los diffuntos dexaren de deuda y declararen en su muerte que deven más de 50 Missas, en tal caso tenga cuydado el P. Provincial de mandar que los conventos digan las Missas que havían de ser en favor del alma del diffunto, por las obligaciones que dexó; haciendo primeramente mandar vender sus alajas y emplear su depósito (si alguno dexaren) en satisfacción de las dichas obligaciones, las quales en todo acontecimiento han de ser prefferidas; y después de celebradas, podrán dezirse por su alma las demás Missas que sobraren de aquellas que tienen obligación de dezir la Provincia y conventos.

Item, determina y manda todo el diffnitorio que siempre la Provincia haya de socorrer a la casa donde se hiziere el capítulo con 300 libras, como agora se ha hecho con la casa de Valencia, y que desde luego se haga la distribución y tarifa de la derrama, proporcionadamente y según la cantidad y calidad de los conventos, para que siempre quede asentado lo con que ha de contribuir cada convento, so pena de privación de officio a los priores y que no votarán en capítulo si primero no huvieren cumplido con esta obligación.

Item, mandan nuestro P. Presidente y diffnitorio que los conventos que favorecen a los religiosos para que ellos ayuden a sus

15. Reseña biográfica de este religioso, muerto en Barcelona el 15. 11.1646, se encuentra en VELA, *Ensayo*, vol. VI, pp. 202-203. Este religioso era portugués pero había profesado en la Prov. de Aragón, el 21.1.1594, en el convento de Barcelona.

padres necesitados, no sea dando la lymosna a los relligiosos, sino que el prior y depositarios inmediately la distribuyan en sus padres, considerada la calidad de las personas; y que si los relligiosos tienen alguna renta concedida a su uso, primeramente se distribuya la dicha renta en favor de los padres necesitados.

Item, habiendo consultado nuestro P. Presidente con el diffinitorio acerca de la casa y reino donde se ha de celebrar el capitulo futuro, mandó y resolvió que el próximo futuro capitulo celebrando se ha tener en el reino de Catalunya y casa de Barcelona, suppuesto que, haziéndose assí y siguiendo después el turno de la celebración para la casa de Çaragoça, se consigue directamente el intento que tuvo la Provincia quando a su instancia mandó el Revmo. P. General, y después lo confirmó el Illmo. Sr. Nuncio, que siempre se hiziese el capitulo en región contraria a la patria y naturaleza del relligioso que ha de ser electo en Provincial. Y mandó juntamente intimar y publicar en la Provincia cómo la elección del próximo futuro capitulo toca a los Padres de Aragón, pues assí lo mandó y declaró el Illmo Sr. Nuncio en su despacho, para gozar esta vez de libertad, sin tener atención a la alternativa. Y para mayor confirmación mandó nuestro P. Presidente que el dicho despacho quede registrado en el libro de la Provincia.

Item, remitten y cometen nuestro P. Presidente y todo el diffinitorio a nuestro P. Provincial el examen del estado y disconveniencias de alguno o algunos de nuestros conventos desta Provincia por no ser buenos aún para mesones; y en esta conformidad lo pueda consultar en nombre de todo el diffinitorio con nuestro Padre Reverendissimo hasta llegar al último effecto.

Item, nuestro P. Presidente y diffinitorio hazen gracia y favor a los Padres que han sido del diffinitorio y priores de las 4 casas de Valencia y Çaragoça, Barcelona y Socós de Valencia que no hagan benedicite quando vienen de fuera de casa, y que los dichos Padres del diffinitorio y priores que fueren de las 4 casas tengan lugar inmediately después del supprior, a más de lo que ya se tienen, que es título de Paternidad y total exemption de la tabla.

Item, ordena y manda nuestro P. Presidente auctoritate apostolica, que los doze lectores jubilados en adelante no se llamen assí, sino Presentados, por ser nombre más conforme al stilo que usan nuestras Constituciones; y assí mesmo que estén essentos de dezir benedicite quando vienen de fuera de casa, declarando que, a más

deste que agora se les concede, no tienen otros privilegios, en qualquier reyno de la Provincia donde se hallaren, sino precediendo a los supiores y estar essentos totalmente de la tabla.

Item, manda nuestro P. Presidente con autoridad apostólica, que en adelante se vote por los ádditos como se vota por los diffinidores, los quales hayan de ser successores de los dichos diffinidores, de tal modo que cada uno de su reyno suceda en falta del diffinidor de aquel reyno, no obstante la constitución o costumbre de la Provincia, la qual deroga nuestro P. Presidente autoritate apostolica, teniendo atención a las conveniencias de la alternativa que se observa y ha de observarse siempre en esta Provincia, y a la costumbre que se tiene en la elección de diffinidores, que siempre son de todos los 4 reynos. Y en caso que también fuesse diffuncto el áddito quando murió el diffinidor, en aquella ocasión ha de entrar el diffinidor del trienio último de la misma nación, y si también fuesse muerto el dicho diffinidor, entrará el áddito del último trienio, y así ha de ir siempre retrocediendo este orden y sucessión.

Item, determina y manda nuestro P. Presidente, con autoridad apostolica que tiene, que en caso que muriesse el Provincial que actualmente gobierna la Provincia, le suceda el Provincial absoluto inmediato del mismo reyno de donde era el diffuncto, y si no huviera Provincial absoluto, sucederá el relligioso diffinidor de aquella nación, y si el dicho diffinidor del presente trienio también fuesse muerto, entrará en su lugar el diffinidor del trienio pasado de la misma nación, y quando en estos tres faltare la sucessión, entonces ha de entrar el sello en manos del prior del convento más principal del dicho reyno, con declaración que si esta vez faltasse nuestro P. Provincial (Dios le guarde), suppuesto que es Provincial electo en toda la Provincia sin haver tenido resguardo a la alternativa, le ha de suceder el diffinidor más antiguo del presente diffinitorio, sea el que fuere de los 4 en aquella ocasión, sin mirar a naciones, con tal que el diffinidor que huviere de entrar a Rector Provincial tenga 40 años cumplidos; por que si no los tuviere, aunque sea más antiguo en dicho lugar, habrá de entrar el que se sigue, si tuviere dicha hedad.

Item, nuestro P. Presidente autoritate apostolica quita todas las descomuniones que hay en la Provincia, conmutándolas en penas temporales, exceptuando las que están en las Constituciones de la Relligión y las que tocan al gobierno de las monjas y su reformation, la qual ha de proseguir y acabar nuestro P. Provincial, a quien

de nuevo para este efecto da espontáneamente toda su autoridad y dexa a su prudencia y discreción hazer en este negocio todo lo que conviniere al servicio de Dios, nuestro Señor, y aumento de dichos conventos de monjas.

